



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Ad Evangelium Feriæ. De laudando corde potius quàm manibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44214**

peramentum utriusque extremi est possum, ipsa est enim, quæ nimiam in inferiores Superiorum audaciam & fastum colibet. Nam ut  
 Sim 34. ait optimè sanctus Gregorius, preponunt sibi  
*Evang.* in animo ipso plerumque, quos corrigunt: meliores estimant eos quoque quos iudicant, quod rident agentes, & per disciplinam subditos & per humilitatem custodiunt semetipso. Idemque fuisse in illa verba Iob: si contempsi subire iudicium cum servo meo & ancilla mea, cum despiciant adversum me. Quid enim faciam cum surrexit ad iudicandum Deus, & cum quaevis sit quid respondebo illi: nunquid non in utero fecit me, qui & illum operatus est?

Ipsa etiam est humilitas, quæ inferiores à vili & servili subjectione liberat; est enim magnanimitatis species, quæ quanto magis se uni Deo subiicit & hominibus propter

## PRO EADEM FERIA QUADRAGESIMALI.

*Ad Evangelium, de lavando corde potius quam manibus. Matth. 15.*

Tota est hebdomada decima quarta tercie partis per quinque consequentes Ferias, in hoc declarando Evangelio. Quibus quæ ad munditium cordis, ibi valde commendatam, spectant, hæc possunt aliunde adjici.

*Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum Regem.*

*In 1. parte, In falso S. Ioannis Evangelista, ex Prov. 22.*

*Nisi quod monet Sapiens, omni custodia ser-  
ves cor tuum, non omnino servas.*

*In 1. parte, Feria 4. hebdomada 4. post Epiphaniam.*

*Hæc sponsæ Christi fides est, ut sicut nemini praeter Christum velit diligere, ita velit à nullo diligi.*

*In 1. parte, Sabbato hebdom. 6. post Epiphaniam.*

*Qui nimis suos diligit, non satis diligit.*

*In 2. parte, Feria 3. hebdomada sancta.*



Deum, eò minus inordinate timida est & abjecta. Falsa est autem alia quævis & simula- ta humilitas contra quam optimè Sapiens: Attende ne seductus in stultitiam humiliaris: No- Eccles. 13. li esse humili in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. Et Psaltes regius: Illic tre- Ps. 52. pidaverunt timore ubi non erat timor; quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus pla- cent, confusi sunt quoniam Deus speravit eos.

Propone tibi iudicium extremum sicut Christus proposuit suo Judici, & illic disces timere & audere, atque inter utrumque tem- perare loqui & agere. Horrendum est incidere Heb. 12. in manus Dei viventis. Eò certè incides, si ni- mis timeri appetis, aut si nimis timere pergis. Præmaturum cave casum, Nam qui timet ho- Pr. 29. minem, citè corruct.

Sæpe videtur esse Charitas, & est magis car- nalitas.

*In 2. parte, Feria 4. hebdomada 1. post Pascha.*

Beati mundo corde.

*In 3. parte, Sabbato hebdomada 3.*

Quod minus Concupiscentiæ mortificabis, eò magis à Concupiscentia mortificaberis.

*In 3. parte, Feria 4. hebdomada 5.*

Major est voluptas, voluptatem nolle quam velle: voluptatem reliquise quam capisse.

*In 3. parte, in fine ubi de votis religiosis.*

*In 4. vero parte, vide hebdomadam 16. ubi de Infirmitate spirituali: Et Dominicam 17. ubi de Cupiditate refrananda, quæ proximè sequentiæ Feria possunt etiam competere.*